Data occasione liceat nonnulla observare
de *Mycologicis Fragmentis* in Ann. Mycol. I p.
522 a cl. prof. v. Höhnel editis.

I *Myxolibertella* v. Höhn. Permultae species Phomae
sectionis quam *Phomopsis* apellaveram (Cfr. Syll. III, 66)
et quae spermogonia *Diaporthes* ~~sistunt~~ sistunt
praebent ~~bacilla~~, praeter sporulas consuetas, baci-
lla filiformia mox decedentia et hamata, quae
ab Höhnelio pro sporulis secundi ordinis sumuntur.
Antequam genus tam singulare h. e. heterosporum
admittatur, ~~nec~~ quaestio novo examine eget.

II *Sporodiniopsis* v. Höhn. Ad hoc novum (?) genus
auctor ducit meum *Myxotrichum coprogenum* (Syll.
IV p. 319) et, sine ullo specimine viso, affirmat
me certe *auf einen Beobachtungsfehler* ascos
ei tribuisse. Revera asci adsunt quos in meo
exempl. orig. viderunt quoque cl. Salmon et
Massee (Fung. copr. II); immo fungillum
meum a Gymnoasco Reessii distinguere
nequiverunt.

III *Myxosporium* (Septomyxa) *Tulasnei*. Clarus auctor
mihi gratificatur verbis *irrtümlich* et *falsch* ex
eo quod inexacte *Septomyxam Tulasnei* descripseram
in Syll. III p. 723 sub *Myxosporio*. Sed cum stirpem
examini ~~na~~ subjiceram [non potuissem] et diagnosim ex Fuckel
et Tulasne deduxeram, errores orti sunt, qui
his auctoribus magis tribuendi sunt quam mihi. Velit
etiam cl. de Höhnel meminisse quod in *praemonito*
vol. V Sylloges scripsi nec exigat ut ~~analytice~~
quinquaginta millia et ultra specierum in Syllog. descriptarum analysin
criticam fecissem!